357* Ex transpositis selegimus has:

a *Claudiae Aug. libertae Tertullae* (vol. III n. 456) titulum vere Chii repertum Reinesius errore ad Neapolim avocavit.

b *dis deabus sacr. ex voto Victor aedituus* titulus Aquileiensis (V, 767) errore refertur inter Neapolitanos a Iucundo, qui ipse adscripsit: 'non inveni', item ab expilatore eius Augustino.

c Inscriptionem urbanam pontis *felicis nominis Gratiani* (vol. VI n. 1175) Augustiniana apud Metellum cod. Vat. 6039 f. 330 proponunt sub titulo 'Neapoli 'in ponte turris Pulicellae'.

d Tituli quattuor Norici, qui incipiunt *Ulpia Firmin.* III, 5114; *Maximus Antonior. lib.* III, 5113; *d. m. s. Iuliae Dii lib. Quintae* III, 5453; *imp. Antonino et Balbino cos. Celeiae Aug.* III, 5154, cum legantur apud Augustinum Tyfernum et inde apud Apianum suo quidem loco adscripti, medii tamen inter Neapolitanos, primum eorum Gruterus male Neapoli tribuit.

e [=369*] *d. m. ταυτα neroni famam* centonem compositum ex duobus titulis Nemausensibus (Reines. 11, 12) Grut. 653, 7 a Scaligero acceptum collocat Neapoli mero calami errore.

f *lapis ausp. s. q. caecilio metello cet.* urbanam falsam Ligorianam (vol. VI n. 701*) Ciacconius cod. Raffaelli f. 141 errore tribuit Puteolis.

g *Paullinae Valerianae* (Grut. 448, 6) Ligorianam urbanam Gruterus ad Neapolim rettulit, quia apud Manutium proponitur sine loci indicatione praeceditque Neapolitana.

h Carmen *ille ego sum Proculus* tituli urbani (vol. VI n. 1692) errore Capaccius hist. Put. p. 28, hist. Neap. l. 2 c. 24 p. 731 Puteolis tribuit.

i Tituli duo *d. s. i. M. sacrum . . Statius . . fil. Saturninus* Poetovionensis (vol. III n. 4041) et *Magena Magemari* Celeianus (vol. III n. 5255) mero errore a Muratorio collocantur Baiis.

k *Herculi servatori* titulum, quem Neapoli in museo Vallettae collocat Maffeius, reiecimus inter Beneventanos falsos vol. IX n. 208**a*.

l [=3448] *Vogiliae Marcellae* titulus Histricus (vol. V n. 423) Maffei errore 352, 8 collocatur in agro Neapolitano.

358* Urbani tituli per quas vias Neapolim emigrarint, in praefatione Puteolanorum exposui. Hic quatenus opus esset ipsos enumeravi.

I. Musei Spadaforani.
Supra relatos titulos ficticios n. 200*—205*, fortasse item similes n. 206*. 207* ibi diximus ex urbe Neapolim delatos videri; sed magis placuit eos recensere inter Neapolitanos.

II. Musei Mazae.

S. s. s. donum dedit Tuccius Saturninus	vol. VI, 689	hos ipse M. H. Maza in schedis ait emisse se Romae
Antoniae Syntyche	I. R. N. 2964	
genio Coccei Hermetis	— 3057	
Helpis Primillae	— 3139	
Hortensiae Barae	— 3154	
Lartiae Proligenos	— 3125	
T. Matuccius Agathopus	— 3253	
Salvillo	— 3353	
L. Sentidio L. f. Provinciali	vol. VI, 2617	
numini Nympharum	I. R. N. 2599	hi ab aliis ante Mazam Romae descripti sunt
P. Aelio Androni	— 2923	
Berriae Tertyllae	I. R. N. 2996 = Fiorelli cat. 1096	
M. Aur. Dasius	I. R. N. 6812	ad urbanos reieci utpote praetorianorum
Iulius Potentinus	I. R. N. 2858 = Fiorelli cat. 855	
olla Aeliae Cypridis	I. R. N. 2921	ad urbanos reieci, quoniam ollae vocabulum extra urbem rarissime reperitur
Alexa lib.	— 2940	
olla Cladi Spiind	ineditus	
olla Ti. Iuli Aug. l. Daphni	ineditus	
olla Lolliae Faustae	I. R. N. 3224	
olla Primi	— 2902	
Laurentiae	I. R. N. 3496 = Fiorelli cat. 1978	urbanus Rossio iudice

III. Musei Felicis de Gennaro.

Tit. Flavi Cassiani	I. R. N. 3112	emptus Romae teste de Pietro *della fam. Gennara* (1623) p. 9

IV. Musei Vallettiani tituli hi cum dicantur et ipsi reperti esse Baiis Puteolisve, de urbana eorum origine constat aut ex testimoniis aut ex argumento:

magistrorum ministrorumque quorundam fontis	vol. VI n. 158
M. Aur. M. f. Aelia Gall. Vivinacio	vol. VI n. 2525
Tullia M. l. Helena	I. N. n. 7110

In museo Andreiniano fuerunt urbani hi:

Carpo actori	Gori 1, 253 cf. Mur. 943, 6
Eros Asini atriensis	Gori 1, 266 cf. Gud. 191, 9
Asinia Hos . . .	
Iulius Balerianus	Gori 1, 250. 3, 99 cf. Fabretti 329, 481
Q. Comininiu	Gori 1, 465 = I. R. N. 3068; tabella est falsa formae omnino urbanae.

V. Neapolitani musei inventarium c. a. 1796 factum (v. p. 189 c. XXXVIII) quamquam non plenum tamen neglegendum non est; eo enim tempore cum agri Neapolitani tituli inferrentur fere in museum Capimontanum, Pompeiani et Herculanenses in Porticense, museum primarium praeter Farnesianos ex urbe advectos perpaucos lapides scriptos receperat, ut qui in eo inventario reperiantur eos probabiliter referas inter urbanos. Quam ob causam subieci elenchum titulorum inventarii quatenus perficere potui; nam cum in indice non adferantur nisi duo triave prima vocabula mensuraeque, non omnes agnosci potuerunt. Sunt autem in eo ex titulis musei urbanis catalogi Fiorelliani hi, ex quibus asterisco notavimus qui in eo catalogo nota Farnesiana destituti sunt: 37—46—47—56—58—60?—61—66—68—70—73—77—82—83—84—90—*96—104—123—169—175—*180?—184 aut 192—*203—205—206—211—213—230—235—239—240—241—244—245—248—249—264—265—266—272—275—277—279—280—284—*285?—287—294—297—300—301?—302—305—306—307—308—310—*311 - 377—379—380—381—384—385—386—387—388—389—390—391—392—395—398—399—400—403—404—405—406—408—409—412—413—416—420—422—423—426—427—428?—434?; item falsi 2027—2028—2030—2032—2033—2037—2039—2040—2041—2043—2044—2045—2046—2047—*2066. Accedunt, quos Fiorellius in Puteolanis collocavit, n. 889. 892, item incertae originis quem ait n. 1744, quos tres titulos etiam propter alias causas in urbanorum ordinem transtuli. Item adsunt ex editis in hoc volumine n. 1621—1628?—1669?—1816—1832—1864—1868—2016—2060—2214?—2357—2514—2664—3217, quos propterea probabile est venisse ex urbe cum reliquis Farnesianis; magis tamen placuit eos inter Puteolanos quoque edere. Titulos autem, quorum de origine ex agro Neapolitano constaret, duos tantum in inventario repperi n. 1697 et 1781, ad quos accedunt n. 1883 exemplum falsum et n. 3668 qui videtur Misenas. — Subieci indicis titulos, quos ut reperirem mihi non successit.

n. 14	*cippo con ornamenti alto* p. $2\frac{7}{12}$, *largo* $1\frac{1}{2}$, *grande* $1\frac{1}{12}$		DIS MANIBVS
n. 15	*lunga* p. $1\frac{1}{12}$,	*larga* p. $1\frac{1}{12}$	. . FIDI·C F
n. 17	,, p. $2\frac{1}{2}$	,, p. $2\frac{1}{4}$	DIIS MANIBVS
n. 24	,, p. 3	,, p. 2	NERO CLAVDIO DIVI CLAVDI
n. 42	,, p. 1	,, p. $\frac{6}{12}$	DIIS MANIBVS
n. 56	,, p. 1	,, p. $\frac{7}{12}$	XVIII K·IVN·
n. 59	,, p. $\frac{7}{12}$	,, p. $\frac{5}{12}$	CLAVDI
n. 60	,, p. $\frac{9}{12}$	,, p. $\frac{7}{12}$	MINEADE
n. 71	*cippo alto* p. $2\frac{1}{2}$	,, p. $1\frac{1}{2}$	MEMORIAE
n. 73	*lap. con meandro intorno lunga* p. 8	,, p. $4\frac{5}{12}$	ITALVS ET SICVLVS
n. 74	,, p. $2\frac{8}{12}$	,, p. $\frac{7}{12}$	MATRONA
n. 92	*due pezzi* ,, p. 1	,, p. $\frac{7}{12}$	TIARIVS
n. 98	,, p. 1	,, p. $\frac{9}{12}$	ET PESCENN
n. 100	,, p. $\frac{6}{12}$	,, p. $\frac{4}{12}$	PRIMI·H·VI
n. 107	,, p. $\frac{8}{12}$	,, p. $\frac{5}{12}$	L·CAELIO
n. 110	,, p. $\frac{7}{12}$	,, p. $\frac{7}{12}$	O·T·
n. 115	,, p. $\frac{10}{12}$	,, p. $\frac{5}{12}$	FOLIA
n. 120	,, p. $\frac{4}{12}$	,, p. $\frac{11}{12}$	LVPERC
n. 137	*due pezzi* ,, p. $\frac{11}{12}$	,, p. $\frac{6}{12}$	BAPHE
n. 145	,, p. $1\frac{4}{12}$	,, p. $\frac{6}{12}$	D·M·N·S·VERRONIO
n. 146	,, p. $1\frac{1}{3}$	,, p. 1	DIS MANIBVS
n. 151	,, p. $1\frac{5}{12}$	,, p. $\frac{8}{12}$	M·E·Q·SINO·
n. 155	,, p. $\frac{11}{12}$	,, p. $\frac{7}{12}$	VICTORI
n. 156	,, p. $1\frac{5}{12}$	,, p. $\frac{3}{4}$	D·M·S·P·CVRTIVS
n. 163	,, p. $\frac{9}{12}$	,, p. $\frac{5}{12}$	VIBIA
n. 165	,, p. $1\frac{7}{12}$	,, p. $\frac{7}{12}$	DIIS·MANIBVS

VI. Musei publici titulos urbanos tam Farnesianos quam Borgianos, denique aliis viis eo delatos (quales sunt Maziani sub n. II recensiti, item unus certe n. 1961 ex titulis olim adservatis Puteolis in S. Francisci) quatenus catalogus musei Fiorellianus recenset adscripta origine, dico n. 1—34 fere suburbanos; n. 35—440. 2082. 2083 urbanos paganos; n. 1836—1965 urbanos christianos; n. 2020—2050 falsos Farnesianos certos (nam vide p. 17* initio), eorum nos elenchum non subiecimus, cum praesertim Fiorellius adiutore in paganis Henzeno, in christianis Rossio rem et diligenter et perite perfecerit coniecturaque caute et cum ratione usus sit. Errore inter urbanos rettulit titulum musei n. 161, quem supra dedi n. 198*, item alterum musei n. 247, quem dedimus n. 2760, omnino agri Neapolitani; dubitavi de iudicio eius in n. 99 catalogi, nobis n. 1834, et n. 171 cat., nobis n. 2791, quos propterea inter meos edidi. Non repperi in catalogo, quos vidi in museo a. 1846 et aut Rossio iudice aut propter testimonium argumentumve inter urbanos rettuli, hos:

Gabinus f. . .	I. R. N. 6702
☧ *Aur. Rom. . .*	— 6745, 3
quieti et securitati Compses (inter anaglypha musei)	— 6486

Accedunt urbanis tituli in catalogo illo non inter urbanos relati hi:

n. 565	*Cyrillae*	I. R. N. 2745	ubi vide add.
n. 858	*Iuniae Fortunatae*	— 6560	hos titulos omnes ob testimonium Scherilli catalogus Puteolis attribuit; sed certa testimonia urbanae originis extant de n. 858. 865. 880. 888. 889. 892, reliquos n. 887. 890 tam argumentum quam figura urbi vindicant
n. 865	*Antonia Feliciana*	— 6420	
n. 880	*Aurelio Artemidoro*	— 6433	
n. 887	*Q. Valerius Q. l. Antiochus*	— 6661	
n. 888	*Iuliae Primigeniae*	— 6552	
n. 889	*P. Plotius P. l. Dama*	— 6608	
n. 890	*olla Venustae l.*	— 6666	
n. 892	*Vibiae L. f. Priscae*	— 6668	
n. 1631	*Martiali disp. Aug.*	— 6391	originem urbanam iam testatam habemus de plerisque; n. 1664 ipse Fiorellius propter formam urbanam iudicavit; n. 1733. 1744 eodem reieci propter formam et argumentum
n. 1642	*M. Iuli Ampliati*	— 6554	
n. 1654	*coiugi suo Domitio Quinta*	— 6498	
n. 1660	*Onesimus Murriae*	— 6596	
n. 1662	*L. Flavius L. f. Pom. Caesianus*	vol. VI n. 2536	
n. 1664	*M. Graecini M. l. Salvi*	I. R. N. 6387	
n. 1671	*T. Flavio Aug. lib. Lupo*	— 6521	
n. 1733	*M. Ampius C. l. Romanus*	— 6410	
n. 1744	*Paratus Marciae Fabi Maximi*	— 6601	
n. 2080	*Aticiano*	— 6429	
n. 1989	*Leopardus*	— 6716	falsum exemplum tituli christiani urbani
n. 2002	*. . liani et*	— 6745, 1	urbanus auctore Rossio

VII. Musei Santangelani

L. Egnatio . . Lolliano	vol. VI, 1405, ubi vide.